

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7425

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Eu, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1181-1189]

Lieu d'émission : Neuf-Marché

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye Notre-Dame d'Eu.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCXLVI, t. 2, p. 382-387.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 383. Souscription de Geoffroy Fils du roi, chancelier en fonctions depuis 1181.

Texte établi d'après a

[H.] Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquit[anorum] et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Augo et canonicis ibidem Deo servientibus omnes subscriptas donationes et concessiones que eis rationabiliter facte sunt et cartis donatorum confirmate, videlicet : Ex concessione Henrici comitis de Augo, quod si quis canonicorum regularium de rebus ad ecclesiam pertinentibus sine ipsius Henrici et antecessorum ejus et totius capituli assensu a predicta ecclesia Sancte Marie de Augo aliquid quoquo modo alienaverit vel elongaverit, post decessum ipsius canonici quod fecerat in irritum revocetur. Et quicquid barones ejusdem comitis, vavasores vel burgenses, de agris suis, domibus aut redditibus vel aliis rebus supradicte ecclesie dederunt aut dabunt, salvo jure ipsius comitis et hominum ipsius, concedo et confirmo. Liceat etiam prefatis canonicis regularibus predicto comite et successoribus ejus non requisitis suorum abbatum liberam electionem secundum Deum canonicè facere, et quos et quot fratres voluerint recipere. Item ex dono predicti comitis apud Augum ecclesiam Beate Marie, cum ecclesiis, decimis et rebus omnibus ad illam pertinentibus, scilicet ecclesiam Sancti Johannis Baptiste, ecclesiam Sancti Petri, ecclesiam Sancti Jacobi ; senalia de tota parrochia Augi ; decimam molendinorum comitis apud Augum, et dimidium modium frumenti, et moltam liberam, et unam minam frumenti ad hostias Pasche in eisdem molendinis ; decimam omnium denariorum de censibus comitis apud Augum, et de omnibus caponibus ejus, et de lignagio et focagio, et de stallis ubi venditur panis, sive habeat, sive aliis dederit ; decimam porcorum, cervorum, capreorum de foresta et piscium

aque Augi ; decimam de camba Roberti la Eise, et de quibusdam hospitibus de Augo, et de Pont, et de Maresco, et de Sancto Hylario, scilicet de censu Gaufridi de Bailloel et de suis piscatoribus apud Ulteris Portum ; mansiones proprias canonicorum, liberas ab omni consuetudine, et theloneum propriarum rerum et familie proprie et nemus quietum ; quatuor denarios de unaquaque hostilla textorum ad candelam Sancte Marie, curiam comitis Henrici juxta ecclesiam Beate Marie ; masuram Ernulfi Rossel ; paxillum terre post domum Gillelberti portarii ; masuram Willelmi de Fulcarmont ; masuram que fuit Rogeri Daniel ; masuras Bernardi Ruffini et Ernesii de Maresch ; item in calceia masuras Symonis de Sainliz et Roberti Multon ; terram Hasculfi decani cum hospitibus Hugonis Folvilain, Nicholao de Vincestre, Willelmo Pagano, Acardo de Furno, Gamelino, Waltero cum Barba, Doda Cochet, et aliis ; terram Valteri filii Harduini in cinctura ; masuram Bartholomei Molinariii et sororis fratris Aloldi ; masuram Willelmi filii Maisendis ; unam cameram domus Walteri Raine ; masuras Norreis et Eustachii ; masuram juxta gradum Petri de Barra et aliam retro domum ejusdem ; masuram Herberti de Abbevilla ; masuram Radulfi filii Ivonis juxta posternam portam apud Matonmaisnil ; masuram juxta domum Alani aurifabri ; masuram in vico Cordubanariorum Hugonis Folvilain ; quinque solidos in masura juxta portam Roberti filii Lenere ; masuram Petri Malvaisin ; masuram Rogeri Lever in vico de Hairencort ; masuram ad aquam afferendam ; curtillos quos tenent Durandus Molinariius et Robertus de Balchieli. In vico Sancti Petri, sedem granchie Petri de Barra cum hospitibus ejus, et duas masuras et paxillum terre juxta illam, et masuras Roberti de Culmunt, Roberti Rossel, Radulfi le Fournier, Gilleberti de Bordaigne, Alelmi de Vimou, Radulphi de Flosches ; quinque solidos et IIIor capones in elemosinam Templariorum, in Veteri Burgo, terram cum hospitibus, Merlino, Alelmo filio Osmundi, Wydone filio Walberti, Willelmo Carpentario ; masuras Walonis circulariis, Tielcelini Longeroie, Roberti le Mesguichier, Morelli, Radulphi Gaipin, Alelmi de Sancto Johanne ; curiam Sancti Johannis, masuras Roberti Parvi, Willelmi Merlen, et grandem masuram Wermondi in Britannia ; extra fossatum terram curtilli sui. Ex dono Gaufridi de Barra, censum dimidie mesure quam tenebat Engeranninus Bornius et alii, et totam terram suam extra fossatum Sancti Johannis, et duos campos, unum sub crosa, alium supra, et unum hospitem, scilicet Willelmum Carpentarium, et paululum terre quam tenebat de Wilardo de Matonmaisnil. Ex dono Engerranni Reverer (?), duo prata de feodo de Cobervilla, duo prata ultra ampnem de feodo Willelmi Strabonis. Ex dono Ancelini de Pont[e], nemus suum de Monte Furcharum quietum. Ex dono Roberti Dapiferi, campum de Monte Boicelin, et campum qui est juxta nemus quem tenuit Rainelmus, quietos. Ex dono Secundi Henrici comitis, tota marescha a muris Augi usque ad feodum Gaufridi de Hascheu et a rivaria usque ad curtillos Templariorum quieta, et decimam totius redditus stallorum que instauravit apud Augum, et libertatem emendi XXti milia allectium recensium (sic) vel salsorum singulis annis, et etiam libertatem decem solidorum emptionis de omni genere piscium ab unaquaque nave que non erat de comitatu Augi sine ulla contradictione, et unam libram piperis de Gaufrido de Welges. Apud Utreportum, masuram Engerranni Pilet de feodo Willelmi Strabonis, et de ejusdem feodo pratellum illud quod tenuit frater Ric. ; masuram Osberti Salinariii ; masuram Johannis Lecok et piscem in XLa de manentibus in illa ; curtillum qui fuit Gualonis de Aost ; duas masuras sub Sancto Jacobo ; terras in Monte Furcarum ; campum Bernardi Clerici ; terram quam tenuit Walterus le Vaslet ; terram juxta Tylleium ; campum in valle de Culmunt ; duos campos in Britannia de feodo Engerranni de Avenes ; decimas de toto Tylleio ; apud Pontem pratium unum et totam decimam habitantium in toto vico versus Augum tam in nutrituris quam in cultura terre, scilicet in feodo de Asseu, et tres curtillos de Roberto de Maresch et Gaufrido de Cobervilla ; ecclesiam de Parco cum appenditio ; decimam de duobus curtillis apud Sanctum Petrum in Valle ; capellam Sancti Nicholai de Mares cum appenditiis ; capellam de Bosco Roculfi, et parrochiagium hominum de Bosco Roculfi, de Brunvill[a], de Culmunt, de Culmondel, et omnes eorum decimas ; ecclesiam de Estanelonde cum omnibus decimis de tota parrochia et omnibus appenditiis ; ecclesiam de Flosches et atrium cum omnibus decimis ; apud Sanctum Remigium, duas partes decime de feodo Bloet, et duas similiter de feodo Guermondi, excepto dominio Willelmi et feodo Henrici, et duas partes decime de nutrituris in eisdem feodis ; omnes ecclesias de Criolio cum omnibus decimis de tota parrochia, scilicet de Caisnei, de Maisnilval, de Sefrevill[a], de Guetevill[a], de Maisnil Goscelini ; atrium Sancti Albini et totam curiam comitis Henrici, ubi fuit grangia, et masuram Galfr[idi] Lepeigne, proximam curie, et duo prata et tres masuras, scilicet sacerdotis Alvredi, Willelmi de Folesia, et duas juxta pontem, que omnes sunt libere ab omni consuetudine cum aliis terris que date sunt ecclesie, in villa, in campis ; sexaginta solidos de censibus et modium grosse annone in molinis ejus, et campum de villanis ejus, et hospitem pertinentem ad campartum, ecclesiam de Tokevilla cum cantuaria ejus ; ecclesiam de Buivill[a] cum omni decima ubique de dono domini et trium vavasorum, et cum tercia parte decime de ceteris hominibus, et unum hospitem in eadem villa ; ecclesiam de Seignevill[a] cum omnibus decimis totius parrochie ; ecclesias de Blangeio et totam decimam de dominio comitis de terra Abraham, de quodam feodo Ancheri, de feodo Turstanni Rufi, et terciam garbam et parrochiagium de Fontanis, de Boiscelmaisnil, de Carpeigni, et de omnibus

que ad parrochiagium pertinent omnes decimas in eisdem locis, et decimam de omnibus censibus comitis et de tota consuetudine bladi, thelonei, traversii, furnorum, foragiorum et omnium que ad vicecomitatum pertinent, et de integro brascino dimidium hamechel cervesie ; terram Sancti Dyonisii, IIIor curtillos juxta Sanctum Dyonisium et IIIor masuras, et pratellum Sancte Marie, et curtillos Rogeri, Ernaldi Anglici, Thome Fabri, et tenementum Ricardi filii Wiardi, et curtillum de Fontanis ; ecclesiam Sancti Leodegarii cum omnibus decimis et appenditiis et eadem libertate in campis et nemoribus, quam dominus ville habet ; ecclesias de Fulcardimonte cum omnibus decimis de tota parrochia in dominio comitis, et in omnibus aliis, preter duas garbas in tribus feodis, scilicet in feodo Baillol, in feodo Caletot, in feodo Walteri Pevrel, et totam decimam de feodo Baillol, qui (sic) est inter Prenevill[am] et Fulcardimont[em], et duos campos in Valle Ricard et duos campos in Valle Domine ; sedem grangie et masuram super vetus vivarium, et IIIor masuras super vivarium monachorum, et IIIor circa ecclesiam Beate Marie ; ecclesiam de Vivelers cum omnibus decimis et appenditiis et una masura ; ecclesiam de Fanencort cum omnibus decimis et appenditiis et sedem grangie et decimam de molinis ; ecclesiam de Osberto Maisnil (sic) cum omnibus decimis et appenditiis animalium de tota parrochia des Airables, de Gorrai, de Essartis ; masuras ante ecclesiam, atrium et campum usque ad tilium ; ecclesiam de Camble cum decima de tota parrochia de Bosco Trussebot, de Bosco Walteri, de Auvilier. Apud Grantcort, duas masuras et decimam de parte comitis in molinis ; decimam molini de Escoteignies, dimidium modium frumenti in molinis de Setmoles, nemus de Catebois. Apud Acerumaisnil IIIor hospites, et duos apud Boscum Ric., et totam eorum decimam et campartum et census, et hospitationem et procurationem abbati et canonicis quando volunt capere ; ecclesiam de Bosco Gaufridi cum omnibus decimis et omnibus pertinentiis [et] rebus quas Gaufridus de Baillol et Gillebertus ejus heres dederunt ecclesie in Normannia et in Anglia, scilicet decimam de omni reddito foreste sue, et in eadem foresta ligna ad comburendum et ad edificationem domorum ad omnes usus fratrum ibi manentium, et decimam de reddito molini sui de Gornay, et moltam liberam, et decimam omnium denariorum suorum de reddito in Normannia et in Anglia, et totam decimam campartorum, essartorum et virgultorum, ovium, lane et caseorum suorum, et baconum et caseorum que de Anglia venerint, et quicquid homines ipsius de possessionibus ipsis canonicis dare voluerint, et terram de Valle Capelle, et Haiam Roscelini, et acram curtilli juxta ecclesiam ; terciam garbam de feodo Goscelini Chanetemar., et totam haistreiam de Croco bosci usque ad fundum vallis que est ultra viam ; terram Odonis et Rogeri de Croco nemoris per consensum Gilleberti domini sui, liberam preter firmam unius summe bladi et unius avene, utrique reddendas. Ecclesias de Senerimesnil et de Novavilla cum omnibus pertinentiis earum, prece et petitione Gilleberti de Baillol ; duas garbas decime de feodo Roberti de Puiz ; apud Puiz, hominem unum, scilicet Ricardum Villanum, cum omnibus que ipse reddebat Rad[ulfo] Labbé, et tres acras campi cujusdam qui est juxta viam de Grantcort ; ecclesiam Sancti Germani cum omnibus decimis et terris et rebus ad illam pertinentibus, et cum terra quam Willelmus de Spineta dedit de feodo Radulfi de Bello Campo. Quare volo et firmiter precipio quod supradicta ecclesia Sancte Marie de Augo et canonici ibidem Deo servientes omnia subscripta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, in bosco et in plano, in pratis et pasturis, et in agris et molendinis, in vivariis et piscariis, in viis et semitis et virgultis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis et aliis rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad ea pertinentibus, sicut carte donatorum testantur. Testibus : Johanne Ebroicensi episcopo, Gaufrido cancellario filio meo, Godefrido de Luci, Hugone de Cressi, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Roberto de Stoutevilla, Nicholao de Stutevilla, Willelmo de Solar[iis].

Apud Novum Mercatum.